



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 7. Sicut nos erga pauperes gerimus, ita se erga nos gerit Deus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

Nos, numero septies mille redimeret, vasa  
sacra vendidit, dicens suis clericis: Deus no-  
ster neq; lancibus, neq; poculis eget; quare con-  
uenit hac in milites afflictos dispertiri. Et Theo-  
philus, apud Sozomenum: Praestat, inquit,  
agrotorū corpora, quæ verius Dei templa sunt,  
restaurare, quam lapidea edificare; quanto  
magis, quam profana palatia, theatra,  
sphæristeria, marmorea equorum stabula?

Sozomenus  
1.8.cap.124

§. VII.

Sicut nos erga pauperes gerimus, ita se erga nos  
gerit Deus.

D. Augustino consonat Lactantius, qui si-  
mul etiam inanem quendam metum remo-  
uet ab ijs, quos sollicitudo incurrendæ pau-  
pertatis impedit à liberalitate in pauperes.

Lactantius  
1.6.de ve-  
to cultu  
cap. 32.

Ita enim loquitur: Dicet aliquis fortasse: si hac  
omnia fecero, nihil habebo. Quid enim si ma-  
gnus hominū numerus egebit, algabit, capietur,  
morietur; ut hac facientem vel uno die patrimo-  
nio exui sit necesse: perdamne rem familiare,  
meo aut maioriū labore queſitam; ut jam ipſi  
michi aliena misericordia viuendum sit? quid tamen  
tam pusillo animo paupertate times, quam etiā  
vestri Philosophi laudant? nihil hac tutius, ni-  
hilq; hac tranquilliſſe esse teſtantur? Hoc, quod  
times, ſolitudinis porsus eſt. An ignoras, quoꝝ

R periculis.

periculis, quot casibus, cum his malis opibus subiaceas? quæ tecum bene agent, si sine tuo cruce transferint. Tu vero onustus incedis, & spolia geris, quæ irritent animos etiam tuorum. Quid ergo dubitas, bene collocare id, quod tibi fortan eripiet, aut unum latrociniū, aut existens repente proscriptio, aut hostiles aliqua direpuit? Quid verere, fluxum & fragile bonum facere sempiternū, aut thesauros tuos custodi DEO credere; ubi non furem prædonemq; timeas, non rubiginem, non tyrannum? qui apud DEVUM dines est, pauper esse numquā potest. Si iustitiam tanti putas, sequere abiectis oneribus, quæ premunt, libera te ipsum compedibus & canis; ut expeditus ad DEVUM curras. Magni & excelsi animi est, despicere, & calcare mortalia. Sed si hanc virtutem non capis, ut diuitias tuas in arcam DEI conferas, ut fragilibus tibi compares firmiora, liberabo te metu. Omnia ista præcepta non tibi soli dantur, sed omni populo, qui mente coniunctus est, & cohæret, sicut homo unus. Si solus magnis operibus non sufficiis, pro virili parte operare iustitiam; sic tamen, ut quantum diuitijs inter ceteros, tantum opere præcellas. Neq; nunc suaderi tibi putas, ut rem tuam familiarem minuas, vel exaurias, sed quæ in superuacua fueras impensurus, ad meliora con-

ra connertas. Vnde bestias emis, hinc captos redime; unde feras pascis, hinc pauperes ale; unde homines ad gladium comparas, hinc innocentes mortuos sepeli. Quid prodest perdite nequitia bestiarios facere locupletes, & ad flagitia instruere? Transfer ad magnum sacrificium male peritura, ut pro his veris muneribus habeas a DEO munus eternum. Magna est misericordia merces; cui Deus pollicetur peccata se omnia remissurum. Si audieris, inquit, preces supplicis tui, & ego audiām tuas; si misertus laborantium fueris, & ego in tuo labore miserebor. Si autem non respexeris, nec adinueris, & ego animum tuum contra te geram, tuisq; te legibus judicabo.

## §. VIII.

Exempla eorum, qui, per pauperes, sibi ad cœlum aditum fieri utiliter crediderunt.

Multis res firmari exemplis potest. Præclarum est illud, quod de Euagrio Philoso-  
pho refertur. Eum Synesius Episcopus ad Christi scholam cultumque traxerat; docu-  
eratque, illum, qui succurrit pauperi, fæ-  
verari Domino; eaque omnia, quæ in hac vi-  
ta gentibus distribuuntur, in altera vita,  
præter centuplum, cælo remuneranda. Au-  
diit Euagrius, & credidit, bonaque fide

Euagri, in

Prato

Spirit.

cap. 195.

Prou. 19:

17.

R. 2 Episco-